HIERONYMUS

Salzburg, St. Peter, Ende 8. Jh. Seite 108v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Ihesus autem conuocatis discipulis suis ait, mise
reor turbae quia triduo iam perseuerant
mecum et non habent quod manducent, et de
mittere eos ieiunos nolo ne deficiant in u[ia]
Vult parcere quos curauit. prius aufer[t]
debilitates postea sanis aufert cibos.
Conuocat quoque discipulos suos et quod fac
turus est loquitur; ut uel magistris ex
emplum tribuat cum minoribus atque discipu
lis communicanda consilia uel ex confa
bulatione intellegant signi magnitudinem
Respondent terrenae panes in heremo non habe[nt]
misereor inquid turbae. quia triduo ia[m]
perseuerant mecum. miseretur turbae quia
in trium dierum numero patri et filio et spiritui
sancto credebant; et non habent quod mandu
cent. turba semper esurit et cibos indige[t]
[illegible] nisi saturetur a domino; et demitte
re eos ieiunos nolo ne deficiant in uia.
Esuriebant post magnas debilitates et per
patientiam futuros expectabant cibos
Non uult eos ihesus dimittere ieiunos ne de
ficiant in uia, periclitatur ergo qui sine
caeleste pane ad optatam mansionem